

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput V

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

## CAPUT IV.

DE AMMI, AQUIFOLIO  
ASPLENO, & ARBUTO.

**A**mmi legiti<sup>m</sup> semen, quod Alexandria mittit, mulierum cura fecunditatem, si drachmæ pondere, mane, alteris diebus tribus ante cibum horis, propinaveris. Illis tamen diebus eis non debere commisceari maritos, adjiciunt *Mathiol. in. 3. Diosc. cap. 61.* Aquifolii flore aqua glaciatur, & baculus ex eo factus, in quodvis animal emissus, etiam si citra occidetur defecū emittens, ipse per se recubitus propriis adlibatur. *Plinius lib. 22.* Asplenium Creta habet circa Poteretum amnum, qui duas urbes Enosam & Cottinam interlabitur. Splenem pecori devorata demit; hinc illi nomen. Certa parte quæ ad Cottinam spectat, ubi ingens illius copia, *Croton* hoc inventum est, secus, quæ ad Enosam. Nullus enim ibi ejus proventus. In aversa foliorum ejus parte, aureus invenitur pulvis, qui drachmæ pondere, cum albi succini farinæ semi-drachma, ex succo portulacæ potus, gonorrhœa juvat laborantes. *Arbutus* mense floret Iulio, flores singulari appendice postrema racematis cohærent parte, specie quisque myrtlo oblongo similis, & magnitudine tantus, non folia<sup>t</sup>, concavus, tanquam ovum exsculptum, ore apeito: cum autem defloruerit, retinaculum perforatur. *Theophrast. l. 3. cap. 16. de Plantis.*

## CAPUT V.

DE ARUNDINE, ASSE-  
RAL, & AGNACATH.

**I**N Zeilam tam capaces Arundines sunt, ut ex eis partent monoxyla; sed & lanceas ex iisdem conficiantur. Sicut

Sicut in Regno Pegu remos & malos Myopatonomum: Septenum quippe pedum æquate ibi ambitum, certum est. *Scaliger Exer.* In India ad tantam afflurgere mollem, scribit *Mathiolus*, ut singula internodia, navigiorum vicem præsent per fluvios & lacus, ternos homines capiente alveo. *Mathiol. 1. in Diosc. l. 1. c. 97.* Inter eam & filicem ingens est odium. Proinde arundinem vomeri alligata, filicem in agro destituere ac enecare prodiderunt. Cum asparagis colit amicitiam. Nam si ferantur in Arundinetis, mitifice inibi provenient *Mathiol. lib. cit.* Afferat prælum inituri Turcae vorant, quo alacres & periculorum contemptores evadunt. Circulatores in spectaculis sæpiissime eo utuntur. In vinum immiscent Pharmacum, quod fauces convellat. Ei cui fucum facete volunt, jubent digitum intingere, fugere. Hic in os inditum non sine dolore premit invitus. Interea, ac si moerentem solentur, cappi & temporum oblinunt arterias, idque medicamento peculiari. Vbi ad se rediit, quasi qui è mari rediit naufragus, capillum, vestimentaque velut uda tortuer, exprimit; brachia tergit, nares emungit. *Scalig. Exerc. 154.* *Agnacath* est arbor pyri facie & magnitudine perpetuo folio viridissima, nitidissimaque superficie. Adeo validos ad coitum efficit, ut miraculo sit omnibus ejus efficacia. Huic affinis est radix in Atlantis jugis Occidentalibus, quæ pars Surnaga ab incolis nuncupatur. Hujus esus mitificum ad Venetum suppeditat robur. Ajunt, super eam si quis urinam reddiderit illico urgeli libidinibus. Virginibus que præsunt pascuis, si super ea sedeant aut utinam faciant, perinde membrana naturæ rumpitur, atque si à viro fuerint vitiatae. *Scalig. Exert. 179. sect. 1.*

CAPVT